



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiæ Romanæ

Plettenberg, Hunold

Hildesii, 1693

Cap. XXI. De Congregatione Rituum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](#)

706 *De Congregatione Rituum.*

corum, ne inhibitiones concedant, vel
impedimenta præstent. *De Luca Relat, Rom,*
Disc. 17.

CAPUT XXI.

De Congregatione Rituum.

1. *A quo erecta; Est duplex.*
2. *Ordinaria & Extraordinaria. Ad primam*
qui veniant.
3. 4. & 5. *Quid in illa tractetur.*
6. *Quæ contentiosa ad illam referantur.*
7. *Quomodo res in ea tractentur.*
8. *Ad extraordinariam qui veniant.*
9. *Quomodo res in ea tractentur.*
10. *Quæ præmittantur Canonizatione.*
11. *Decisiones hujus Congregationis nil probant*
nisi in authentica forma exhibeantur.

¶.

Congregatio pro Sacris Ritibus, &
Cæremoniis, cæterisque rebus ad
Divinum cultum pertinentibns erecta
fuit à Sixto V. *Constit. 74.* quæ incipit:
Immensa, videtur esse duplex, ut colli-
gitur ex diversis membris, seu Prælatis,
qui

ui eas constituunt, alii enim hanc, alii
lam ingrediuntur, licet Cardinales non
mutentur, sed iidem utrique inter-
nat.

2. Una eaque ordinaria erecta est pro
decidendis controversiis & ritibus, cæ-
moniis, præcedentiis aliisque præemi-
entiis; Altera extraordinaria pro Ca-
nonizatione Sanctorum, & Beatifica-
tione Servorum DEI. Ad primam Con-
gregationem accedunt Cardinales tot,
quot Pontifex constituerit, & plures
Prelati, quorum unus Secretarii munus
obire solet; Nonnulli etiam religiosi
Theologiae Professores, inter quos præ-
cipui sunt: Magister S. Palatii, & Sacri-
lia Papæ, hic ex Ordine Eremitarum
Augustini, ille ex familia S. Dominici;
Demum unus aut plures Magistri Cære-
moniarum Potificis.

3. In hac Congregatione duo nego-
tiorum genera pertractantur, alterum
est contentiosum inter partes litigantes,
alterum pacificum; Ad hoc spectant ea,
quæ sacros Ritus & Divinum cultum
concernunt; Nimirum approbatio offi-
ciorum, concessio facultatum, Officia
Ieu Missas sub ritu simplici, semidupli-
ci,

703. *De Congregatione Rituum.*

ci , vel dupli ci , aut etiam cum Octa-
va celebrandi.

4. Nova tamen Officia de Sanctis Pa-
tronis nonnisi consulto Pontifice conce-
dere potest. Sixtus V. *Const. 47. Immen-*
sa. Nec passim concedere consuevit in
Officiis ab eo approbandis Antiphonas,
Versiculos, Responsoria, Hymnos alia-
que similia præter Lectiones secundi No-
Etturni. *Eadem hæc Congregatio in Segubien-*
sub Offic. Fructi 27. Julii 1609. apud Barbo-
sam in Collect. Bullar. V. Congreg. Neque
approbat Litanias, præter Ordinarias im-
pressas in Breviario, & eas quæ Laure-
tanæ dicuntur. *Eadem Congregatio in Ale-*
xandrina 15. Mart. 1608. dubio 16. apud Barb-
l. c.

5. Declarat præterea dubia cæremoni-
alia v.g. Quibus diebus celebrari pos-
sint Missæ votivæ ; Concedit etiam li-
centiam assumendi Sanctum aliquem in
Patronum. Ordinat de jure celebrandi
Officium Defunctorum in die depositio-
nis, erigendi novas Congregationes &
Confraternitates &c. Emendat prout
opus fuerit, libros de sacris Ritibus, &
cæremoniis, in primis Pontificale, Ri-
tuale, Cæremoniale.

6. Ad

6. Ad alterum genus contentiosum
referuntur quæstiones de præcedentiis,
& præminentis Clericorum Sæcula-
rium & Regularium in supplicationibus,
aliisque functionibus publicis. Item quæ
riuntur ob præminentias inter utrius-
que Cleri diversa Capitula, vel Mona-
steria; Aut inter ejusdem Capituli di-
gitates vel Canonicos præsertim in Ca-
thedrali vel Metropolitana. Pertinent
huc etiam controversiæ super præemi-
nentiis inter Ecclesiasticos & Sæculares,
etque inter ipsosmet Sæculares, quibus
nimis ritibus Reges & Principes eo-
rumque Oratores, aliaeque Personæ ma-
gnæ Nobilitatis ad Urbem Curiamque
Romanam venientes excipiendi sint;
Quæ constituere & ordinare hæc Con-
gregatio debet. *Sixtus V. l. c.*

7. Proceditur vero in hac, ut & in
aliis Congregationibus forma extrajudiciali præviis extrajudicialibus informa-
tionibus ab Ordinario loci, vel à Supe-
riori Regulari pro qualitate causæ acce-
ptis *Sixtus V. l. c.* Omniaque fiunt, &
conceduntur gratis. Si quæ controver-
sie spectantes ad Ritus & Cærimonias
ad Rotam referantur, solet hæc de iis
contentiam hujus Congregationis audire.

S. Cong.

710 *De Congregatione Rituum.*

8. *Cong. Rit. in Calagurit. 5. Julii 1653, apud
Barbos. in Collect. Bulla V. Rota.*

8. Ad alteram Congregationem extraordinariam spectant iidem Cardinales & Secretarius, qui ad priorem, sed non iidem Prælati, Officiales & Theologi, cum alii pro hac Congregatione constituantur. Est etiam in ea Promotor fidei, qui ex consuetudine idem esse solet, qui Advocatus Fisci. Accedunt quoque ad hanc tres antiquiores Rotæ Auditores, veluti Canonum periti, qui munus gerunt Assessorum; Et unus ex Protonotariis participantibus, tanquam Promotor causæ; Siquidem jam à primis Ecclesiæ initiis sub Clemente I. Protonotarii constituti erant, qui acta Martyrum in hunc finem conquirebant, scribebantque. Demum adhibentur alii quoque Theologi, qui Consultores vel Qualificatores dicuntur, ut res tanti momenti, summa, qua fieri potest consilii maturitate examinentur & pertractentur; Eumque in finem adhibentur peritissimi quique in omni facultate Doctores, etiam Medici, & Philosophi, qui judicent, an operationes, quæ miraculis adscribuntur, verè sint supernatureles.

9. Inqui-

9. Inquiruntur ergo & examinantur
annia etiam minima accuratissimè , da-
is auctoritate Apostolicâ ad diversa lo-
ca literis pro informatione capienda , &
formanda Inquisitione, quas tamen non
concedit Congregatio nisi expeditis prius,
& ad se directis literis Apostolicis in for-
ma Brevis. *Congreg bæc in Valentin seu Der-
wissen. Fir. Paschalis Baylon. 9. Maii 1609. apud
Turbos. l. c.* Discussis deinde diligenter, &
nature probationibus de Beatificatione
aut Canonizatione cuiusdam in pluribus
Congregationibus , defertur negotium
ad Congregationem magis solennem ,
quæ habetur coram Pontifice ; Hic au-
ditio Congregationis voto , decernit Be-
atificationem , permittitque functiones ,
quæ ad cultum famuli Dei spectant.

10. Ad Canonizationem vero & ad-
scriptionem Catalogo Sanctorum , ut-
pote quæ obligat ad fidem , plura præ-
mittuntur. Postquam enim de ea actum ,
& examen institutum fuit in magna il-
la & solenni Congregatione coram Pon-
tifice , denuo subjicitur examini in pleno
Consistorio secreto , quo facto habe-
tur Consistorium magnum , & so-
lenne publicumque , cui intersunt o-
rantes Archi- Episcopi , & Episcopi in

Yy Curia

Curia præsentes, qui omnes more Conciliorum suffragium suum ferunt, & Canonizatio decernitur.

11. Cæterum ex speciali jussu Urbani VIII. mandavit ac præcepit hæc S. Congregatio Anno 1632. 11. Aug. Declarationes, Decreta seu Decisiones sub nomine Congregationis, vel impressas vel imprimendas, vel etiam manuscripas nullius roboris esse, nec fidem illis in judicio vel extra illud adhibendam, nisi in authenticâ formâ, solito Sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Praefecti & Secretarii ejusdem Congregationis munera fuerint. Barb. in Coll. Bull. V. Congregatio.

CAPUT XXII.

De Congregatione pro Indice Librorum prohibitorum.

1. Oceasio institutionis hujus Congregationis.
2. A quo & quem in finem erecta sit.
3. & 4. Quæ facultas illi concessa.
5. Qui libri prohibeantur,

• 6. Qui